

jubes. Is antequam tuas literas accepissem, abierat ad patriam
reliquos salubari te, ut salutem, rogant, quod et facio. Tu
mi suavissime vale vale aeternum, et si quando mihi
occafio oblata fuerit ad te scribendi, de rebus meis certiore
te facienda, id faciam, ut nostra amicitia postulat, libenter
non curiose. Tu me absentem fortasse non poteris, priusquam de
meis aliquid cognoveris, literis impertiri. Vale iterum atque iterum
mi David. Data Heidelbergae ii. Aug. Anno 1571.

T. ut nosti

Cum haec scripserem literae à Rhillingio missae Petro fuerunt. his
significabatur, hos Noribergenses concionatores primarios
propter suspicionem sicut vocant. Evangelianismi Noribergae di-
missos esse: An verè fuerint nostra sententiae non explicat.
Scribit idem tonitrua partem muri Noribergensis esse disiectam.
Sed heus tu, unde iste titulus superioribus tuis literis inscriptus?
Ejus Wigandus Grotzmann, Röm. vnderw. Knecht? was ist
sich nicht so groß master. Sed idem me facturum putasti.
Falleris p. Sed de his satis. Salutat te Hadenus et meo Westel.
Vale iterum.

Inscriptio.
Davidi Pareo, Ministro Ecclesiae
Schlettenbachensis Amico suo charissi-
mo In Schlettenbach. p.

176.1

Davidi Pareo Zacharias Ursinus S.
Ad ea, quae Long Zaleger mecum de te locutus est, scire te volui
me non indulgere privatim affectibus, sed animum habere Christi-
anum, qui non sit sui vindicandi cupidus: Vehementer autem
indolescat propter jacturam commodi publici et privati eorum, quos
dilexit, de quibus optime speravit, quibus benefacere studuit. Habet
te dum apud me fuisti tanquam filium: saltem annum adhuc
annum te scholae destinaveram, ut jacta doctrinae fundamenta
et iudicis, state, exercitio studio audiendi, legendi, meditandi
et ocio isto literario, quod nostri discipuli habent, proclaro, quod
ego nunquam habui, magis excolerentur et confirmarentur:
tum ut sperabam te dimissurus e schola ad bonas et tibi non
incommodas eruditiones, cum mea et aliorum et tua letitia.
Hoc exiguum tempus tum ferre non poteris, tam superius
proferens

proferens illum miserum pulverulentum pristini obicem, quo
 sit sane, quod nunquam sis usus commode; quasi ille, qui in tu
 ut alius hoc agere ferret, non dictum esset quod noster sit. Rati-
 rem hinc reddet, quod non paret se ad serviendum ipsi, quam fieri
 possit, optime, per eas, quas illis dat occasiones, et magis illi quam
 suis exemplis alios ad imitationem invitant, qua se et publi-
 cum statum perdant, dum evadunt aut avolo d'axlos aut senilite-
 rati admiratores sui, et audacissimi d'nyaywyoj, aut si qui sunt
 saniores et modestiores aut magis pii, non tamen id prestare
 possunt Ecclesia vel Christo, quod poterant, si vocationem recte
 secuti fuissent: qua in re cum ipsi suavissime peccent, heus
 etiam punit eos multorum bonorum spiritualium et corpora-
 lium privatione, quae sanioribus consiliis obtemperantes potius
 quam suis stultis affectibus habere potuissent. Sed nostros scire
 necesse est, me quod antea fui, sed nihil nisi mihi molestia
 creans, nolle quemquam invitum tenere, me invito canibus vener-
 tae fuerant, quae nunc soluerunt et acerba acciderunt a te
 et aliis. Atque, ut has scires mei doloris causas fuisse et esse, qui
 enim is cessaret, dum causa illius nox cessant, sed indies augentur?
 non autem alias, quas mihi a quibusdam fortasse affingi, nam curi,
 deo et hanc schedam tibi scripsi et suasi ei, ut tua opera hic
 uteretur in pedagogy, cum locus M. Heuserii videatur vacaturus,
 in quo posset forte aliquid addere coeptis studiis, si velis. Etiam
 ad me ut venias non prohibeo, sed nolo mone per collegii do-
 man, verum in domum meam, nisi propter alios, quos nolo ex-
 istimare, mihi illa ex ma d'nos tantum dies displicere. Ne de-
 bes hoc petere, et illorum nullam rationem habeam, cum et
 hoc facere et tum meam voluntatem erga te ostendere possim.
 Vale 3. Octobris M. D. LXXI.

Zacharias Ursinus

Inscriptio.
 Davidi Pareo Ministro Ecclesiae
 Christi in Schlettenbach.